



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 33. Milo Episcopus Teruanensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

non damnet, cum humili mente Epi- Sæcul. XII.
scoporum judicio acquieverit. A.C. 1148.

§. XXXIII.

Milo Episcopus Teruanensis.

Milo Episcopus Teruanensis, cui præ- *Bibl. Præm.*
ter alios in Concilio Remensi causæ p. 459.

Gilberti Porretani examen commissum
est, inter illustrissimos Franciæ Præfules
non ultimum locum tenebat. Is in op-
pido *Selincourt*, Diœcesis Ambianensis
in lucem editus, postea Institutum Præ-
monstratense sub regimine S. Norberti
amplexus est, qui eum haud diu post
primum Abbatem Monasterio S. Josce-
lini in Silva, quod hodie domus S. Mar-
tini dicitur, anno millesimo centesimo
vigesimo secundo fundato, in Diœcesi
Ambianensi, præfecit. Exinde, annis
octo clapsis, Sancto Joanne Episcopo
Teruanensi ad meliorem vitam translato,
cum magna populi pars Balduinum,
Theodorici Flandriæ Comitis fratrem
natum minorem, sibi Episcopum exoptaret,
sed eum Rainaldus Archiepiscopus Re-
mensis, atque illius provinciæ Suffra-
ganei, tanto oneri ferendo imparem
repulissent, Clerici Milonem Abbatem
sibi Episcopum elegerunt, qui Inno-
centio Papa II. nam tunc in Francia ver-
sabatur, electionem confirmante, Die
Dominica, decima quinta Februarii,

H 5

anno

Sæcul. XII. anno millesimo centesimo trigesimo primo,
A.C. 1148. ab Archiepiscopo ordinatus, illam
Sedem annis viginti septem tenuit. Ce-
terum complura Monasteria Ordinis sui
Præmonstratensis condidit, & ab eximis
humilitatis studio commendatur.

§. XXXIV.

*Guilielmus Archiepiscopus Eboracensis
deponitur.*

vit.ap.Brott. In Concilio Remensi Guilielmus Archi-
to. 20. p. 138. episcopus Eboracensis depositus. In-

Sup. Lib. Innocentio Papa defuncto, quo sedente or-
LXVIII. dinatus fuerat, S. Bernardus data ad ele-

§. 77. etum Papam Coelestimum II. vehemen-

tissima Epistola, eum excitavit ad stabi-
liendam Antecessoris sui sententiam,
quam neutiquam ut par fuisset executio-
ni mandatam dicebat, quia Archiepisco-
pus consecratus fuisset, etsi Decanus E-
boracensis juramentum pro ejus causa
edere detractasset. Guilielmum homi-

ep. 235.

ep. 236.

nem esse infamem affirmare non dubitat,
bisque in Sedem Archiepiscopalem, se-
mela Rege & secundo a Legato intrusum.
Ad Cardinales quoque S. Abbas Episto-
lam dedit, acerrimo stilo, atque ex utra-
que dispicimus, quam gravibus præjudi-
ciis mens ejus ex aliorum dictis occupa-
ta fuerit in Archiepiscopum, virum san-
ctitate conspicuum.

Quare, cum hic
Præsul